UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit prologus quarti libri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

cū predicti ſancti veniſſent romam ad orationē: martyres detētos: in carceribus viſitabāt: veniētes aūt in caſtrū trans tyberim intra carcerē inuenerūt hoīem venerabilē noīe Quirinū: qui iam multa verbera ꝑ xp̄i noīe ꝑpeſſus fuerat et facultate nudatus. Cum quo diebus octo manſerūt miniſtrantes ei de facultatibus ſuis ⁊ lanantes pedes eius qui in vinculis erāt ꝯſtricti. Inde abierūt ad martyres alios requirēdos: ⁊ poſt dies aliquot redeūtes: btm̄ q̄rinū nō inuenerūt. Sed a q̄dā paſtore p̄ſbytero audierunt: qualiter quirinus gladio in carcere interfect⁹ fuerat: et in tyberim iactat⁹. Cui⁹ corpus remanſerat in inſula lycaonie. Ad quod requirendum marius cum filijs et paſtore preſbytero perrexit noctu: et inuentum corpus ſepelierunt in cimiterio pontiani in crypta. vij. kalendas aprilis.

¶ De ſanctis Montano preſbytero et Maxima martyribus. Cap. ccxxxiij.

Montanus preſbyter et maxima virgo in oppido furnio paſſi ſunt. Qui dū chriſtum dominū viua voce confiterentur: ab infidelibus tenti et vinclis ferreis colligati: ambo mare merſi ſunt. vij. kalen. aprilis: vt Hiero. in martylogio teſtatur.

¶ Explicit liber tertius.

Incipit prologus quarti libri.

Quartus liber preſentis catalogi continet geſta ⁊ paſſiones illorum ſanctorū quorum feſtiuitates occurrūt infra tēpus in quo repreſentat eccleſia ſolennem ſponſe a ſpōſo factam traductionem: et ipſius dotationem ſiue adornationem: quod tempus fuit a reſurrectione domini vſq; ad diē penthecoſtes. Et ipſum tempus eccleſia dei prout ad litteraz euenit repreſentat. ¶ In quo quidē tempore pronuba chriſti figuratiue: primo in die reſurrectionis domini ⁊ per octauaz de domo tyranni diaboli qui pater eius factus fuerat: non creando: ſed decipiendo per chriſtū reſurgentem educitur. Cui et per pſalmiſtam dicitur. Obliuiſcere populum tuum et domum patris tui. ¶ Secundo ipſa eadem nupta ab octaua paſche vſq; ad aſcenſionem myſtice veſtitur et colitur atq; dotibus adornatur. ¶ Naz in prima dominica poſt paſcha glorificat̄ in corpore et veſtitur immortalitate. In cuius figura ipſa dominica vocatur in albis: ſtoliſq; cādidis neophyti veſtiuntur: quod denotat dotes corporis immortalis. Et in euangelio de gloria dominici corporis ad diſcipulos clauſis ianuis itrogreſſi memoria fit: quod eſt figura noſtre future corporee glorificationis. ¶ In reliquis quattuor ſubſequentibus dominicis glorificatur in anima: cuius dotes ſm̄ Auguſtinū ſunt viſio et dilectio. ¶ Ideo in ſecunda et tertia dominica repreſentatur beatorum viſio: in libro ſcilicz apocalypſis qui tunc legit̄: vbi narratur de vigintiquattuor ſenioribus et de angelis ac turba magna ſanctoꝝ ſtantibus ante thronum diuinaq; fruentibus viſione. ¶ In quarta et quinta dominica repreſentatur eorundem dilectio in epiſtolis canonicis q̄ tunc leguntur: in q̇bus de dilatione ꝑcipue pertractatur. ¶ Tertio ipſa eadem ſponſa a die aſcenſionis vſq; ad penthecoſten ſubarata: ⁊ vt dictum eſt feliciter dotata in domum ſponſi chriſti ſolēniter introducitur: et hoc in perſonam chriſti carne glorioſi: et ſanctorum patrum glorificatorum cum illo aſcendentium: vnde tunc cantatur. Aſcendens chriſtus in altum: captiuam duxit captiuitatem: et aſcendit deus in iubilatione ⁊c. Ad huius ergo temporis feſta diſcutienda procedendum eſt.

¶ Finis prologi quarti libri.